Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Et insculptilibus suis ad emulationem eum provocaverunt 7

Audivit ds & spreuit & adnihilum redegit valde israhel 7

Et reppulit tabernaculum silo · tabernaculū suū ubi habitavit in hominibus 7

Et : tradidit in captivitatem virtutem eorū · & pulchritudinem eorū in manū inimici 7

Et conclusit in gladio populū suū · & hereditatē suā spreuit 7

Iuvenes eorum comedit ignis · & virgines eorum non sunt lamentate 7

Sacerdotes eorū in gladio ceciderunt · & viduē eorū non plorabuntur 7

Et excitatus est tamquā dormiens dns · tamquā potens crapulatus a vino 7

Relicto enim xpo · seruierunt idolis ao simulachris · adorantes etiam in monibus 7

Silo · civitas erat · ubi archa di fuisse legitur constituta 7 avulsio vel dimissio eius · sive ubi est interpretatur · significat sacerdotium iudaeorū adō reprobatum 7

Consequens fuit ut populus gladio caderet in ruinam · cui arce dignitas ablata est 7 spreuit suam hereditatem · quando populum quem inter multas nationes elegerat · pro scelerum suorum in manitate proiecit 7

Ipsa igitur captiuitate filii heli sacerdotis a philistiis legunt extincti · quorū unius uxor uidua facta · post subitum partum morte praeuenta est 7 hic contigit · ut minime ploraretur · dum universos communis interitus occupasset 7

Illos enim spreuit · qui tantum nomine et nonuisione israhel erant 7

Traditi sunt iudaei in captiuitatem · quando a philistiis sunt victi 7 Virtutem et pulchritudinem dicit archam testamenti · per quam interrogantes videbantur summa decoris laude esse precipui 7

Ignem hic iram bellantium debemus aduertere 7 Lamentare vacantis est · nam cum omnis imminentia pericula formidarent · nulli licuit alterius funeri iustae persoluere 7 Lamentae enim dicta sunt intra lacrimes monumentae · sicut antiquis mos erat sepeliri 7

Excitatur etiam dns aduindictam · nostris malis actibus prouocatus · cuius patientiae dormisse credebat · resurgens a mortuis · tamquā uino passionis crapulatus 7